



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 19. Noailii Cardinalis epistola ad Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1725. tuculos approbarit, ubique tamen jactabant, Papam saltem fuisse pollicitum, quod Constitutionis explicationes edere, & hos articulos approbare velit: Ast Beaumontius Santonensis Episcopus, cum de veritate hujus rumoris vehementer dubitaret, Nuntium Apostolicum enixe rogabat, ut ex ipsius Pontificis ore & calamo certam hac super re notitiam haurire haud cunctaretur; interim vero hunc libellum ipse censuris perstrinxit, ejusque lectionem suis Diæcesanis severe inhibuit. Evoluto postmodum Mense Cardinalis Paulucius datis ad Nuntium Apostolicum literis significabat, Episcopum hosce articulos proscribendo ex asse Pastoralis officii partes adimplevisse & Refractoriorum calumnias ac mendacia suo decreto ad ultimas usque fæces detexisse, ac propterea Pontificis gratiam & applausum novo hoc Zeli sui erga sanam doctrinam specimine fuisse promeritum.

## §. XIX.

*Noaillii Cardinalis epistola ad Papam.*

**H**is tamen omnibus finistris sui consilii successibus minime terrebatur Cardinalis Noaillius, sed a suæ factionis

Sæc. XVIII.  
A. C. 1725.

nis Affectis de proxima, & quidem Pontificia articulorum approbatione male persuasus, literas die vigesima tertia Julii ad Papam dedit, quibus efflictim petebat, ut nuper Romam transmissos doctrinæ articulos in illo approbaret Brevi, quod sua Sanctitas „ad ipsum mox mittere decrevisset, „quamprimum ipse mandati formulam „Roma transmissam publici juris fecisset: postea exposuit Noaillius, se quidem hanc epistolæ ideam recepisse, „se tamen eam amplecti haud posse, „eo quod verbis minus honorificis esset „concepta, & pura simplexque acceptatio novos, gravioresque tumultus „excitatura esset, aliunde vero si Instructionem Pastoralem, & quicquid „contra Constitutionem scripsisset, e- „gissetque, revocare vellet, eo ipso Ecclesiæ Gallicanæ doctrinas everteret; „se quidem ob reverentiam de terminis oppido duris, quibus mandati „formula nuper transmissa esset concepta, non conqueri, sperare tamen, „Pontificem perlecto eo mandato, quod „ipse Romam transmissurus esset, haud „amplius Romanæ illius formulæ recordaturum, sed potius idem Breve, „quod antea se Parisios missurum pollicitus esset, absdubio expediturum., „Huic igitur epistolæ aliud mandatum

H 3

longe

**Sæc. XVIII.** longe diversum ab eo, cujus ideam  
**A. C. 1725.** Roma acceperat, adjunxit, sponsione  
facta, se mox Constitutionem acceptu-  
 rum, quamprimum exoptatum Breve  
 Pontificium recepisset. Hæc ubi Ro-  
 hanius & Bissius Cardinales, necnon  
 Fleurius Forojuliensis Episcopus rescie-  
 verant, illico die vigesima nona Octo-  
 bris ad Papam perscripsere, mirari se  
 vehementer, quod Noaillius de Consti-  
 tutionis, quæ tamen jam ubique re-  
 cepta esset, acceptandæ modo primum  
 deliberare præsumeret, & suæ Sancti-  
 tati acceptationis formulam ab ea, qua  
 hucusque omnes ceteri Episcopi usi  
 fuissent, penitus diversam proponere  
 auderet. Horum ergo literas unacum  
 Noaillii mandato Pontifex ad Congre-  
 gationem nuper hac de causa erectam  
 remisit, & Pipiæ Cardinali tunc ab-  
 senti Cardinalem Falconerium subro-  
 gavit; demum vero eis adhuc Daviam,  
 Origium & Scottum Cardinales adjun-  
 xit præter Prosperum Lambertinum  
 postea Pontificem, Assideum sacri Offi-  
 cii Assessorem, & tres Theologos Pa-  
 trem Sellerium Dominicanum, S. Pa-  
 latii Magistrum, P. Baldratium Ord.  
 S. Francisci, & P. Porciam Benedicti-  
 num.